

ilicet occidimus, ruet alto à culmine moles

ædifici, Satanas dis-que-sipabit idem:

Est siquidem ille Scholis longè infensissimus hostis,

osorum stimulus, fax, seges atq; pater,

vicini pecoris, facit, ut contagia lædant,

240. quam Deus heic nobis tradidit ipse, Scholam,
morbida facta pecus nostrum si lædat ovile,
à Satanâ certè est morbida facta pecus.

Hanc Deus à nobis procul, ah! avertito pestem,

Precatio.

Angelis, fac, sint cincta Lycea choris,

da puras mentes, quæso, casta ora, loquelas

da nitidas, artes cum pietate graves,

da quoque discipulos moratos, Christe, probati

sunt soli mores, qui placuere Tibi.

Fac, longos etiam, quod nunc faciemus, in annos

250. idque ope cœlesti continuemus opus:

Ecce, scholæ nostræ, immò Tuæ, meditantur ab ore Intimatio.

Angelicas laudes fundere Discipuli.

Hos, qui nunc Scholicas operas moderare, Senatus, Invitatio.

& Vos, quos nostri tangit honestus amor,

seu Vos suggestum miratur, & omnis adorat

plebs, sanctos bibulâ dum capit aure sonos;

Curia seu reddit seu Principis aula potentes,

cùm res consilium aut jura severa petit;

Et quos, dum credit celso esse Machaone doctos,

260. suspirat morbis æger anhelus opem;

Et qui præterea Sophiam quamcunq; tenetis,

pergitis & studio condecorare catò;

Auditum, quæso, censitum, quæso, venite.

264. Hæc spes surgentis posteritatis erit.